



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

VI. Frustra se torquent qui quæreunt utrum Acholius Illyrici Primas à Damaso constitutus fuerit ante Concilium Aquileiense. Ratio Hallierij ut ostendat eum Damasi Vicariatu ornatum non fuisse anno ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

commisisse per Illyricum, & sic vagam, ut ita dicam, & præterita delegationis occasione expirantem auctoritatem certa tum primùm ratione Ecclesiæ Theſſalonicenſi commiſſiſſe. Nunc referenda ſunt Leonis verba de vicariatu Anaſtaſij, in qua cum dicat ſe illi committere vices ſuas per Illyricum, addit id ſe facere exemplo Siricij, ſimulque arcanum aperit allatæ à nobis conciliationis: *Beate reſcordationis Siricij exemplum ſecuti*, inquit, *qui ſanctæ memoriæ Anyſio prædeceſſori tuo, bene de apoſtolica ſede tunc merito, & rebus poſt ſequentiſſibus approbato, certa tum primùm ratione commiſiſti, ut per illam provinciam poſitiſ, quas ad diſciplinam teneri voluiſt, Eccleſiis ſubveniret.* Iſtam obſervationem confirmant ſequentia verba Leonis: qui cum memoriam iniret eorum Episcoporum Theſſalonicenſium quibus Romani Pontifices commiſerant vices ſuas, omnino incipit ab Anyſio, dum ait prædeceſſores ſuos commiſſiſſe vices ſuas prædeceſſori deceſſoriſque Anaſtaſij, id eſt, Anyſio & Ruſo, quibus ſucceſſerat Anaſtaſius. Quare cum horum tantum mentionem faciat Leo, manifeſtum eſt ab Anyſio incepiſſe eum vicariatum, adeoque initia ejus, quod sæpe dicendum eſt, Papæ Siricio deberi.

VI. Itaque fruſtra ſe torquent qui anxie quærent utrum Acholius Illyrici Primas à Damaso conſtitutus ſit ante quàm Concilium Aquileienſe celebraretur, atque id antea factum eſſe ſibi perſuadent. Nam præterquam quòd Acholius exarchicam auctoritatem quoad ordinationes obtinebat in Illyrico ſecundum veterem Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem, ut ſuprà diximus, cum non tam nova auctoritas illi acceſſerit ratione vicariatus quàm cumlatio juris, manifeſtum eſt nihil iſtiusmodi conſtitutum à Damaso circa Acholium fuiſſe. Certè vir illuſtriſſimus Franciſcus Hallierius regius tum Theologiæ Profeſſor in Academia Pariſienſi, ſed Cabellienſis dein Episcopus, ex eo probat Acholium Damasi vicariatu nondum ornatum fuiſſe anno cccclxxxii. quòd is in epistoſta ſynodica Episcoporum orientalium in Conſtantinopolitana urbe congregatorum ad Damasum & ad ſynodum Romanam ſcripta, de qua actum eſt ſuperius, poſt poſitus invenitur Ambroſio Mediolanenſi, Brittoni incertæ ſedis Episcopo, & Valeriano Aquileienſi.

CAPVT XXIV.

Synopſis.

I. Siricius primus omnium certa conſtitutione Any-
Tom. II.

ſio Theſſalonicenſi Episcopo delegavit vices ſuas. Ejus exemplum ſecuti ſunt Anaſtaſius & Innocentius primus. In quo tum conſiſteret ille Vicariatus.

II. Generalia tantum in initio mandata fuerunt, ut caule omnes Illyriciana, ea nimirum qua ſecundum morem referri debebant ad Romanum Pontificem, ad curam perlinerent Theſſalonicenſis antiſtitis. Quod probatur auctoritate Innocentij I.

III. Anyſio ſucceſſit Ruſus, cui vices ſuas per Illyricum orientale commiſit Innocentius, ſalvo Metropolitanorum jure.

IV. Ei poteſtatem facit congregandi ſynodos extraordinarias, quotiens occaſiones emerſerint gravium negotiorum qua congregationem ſacerdotum requirant.

V. Innocentius literas de legatione Ruſi conſcribi juſſit ac mitti ad univerſos Episcopos per provincias Illyricianas conſtitutos, ut in omnium notitiam venirent.

VI. Hunc honorem retinuit Ruſus ſub Zoſimo, Bonifacio, & Celeftino. Cauſa Perigenis ei commiſſa à Bonifacio.

VII. Eodem tempore Ruſus patitur contraditionem ab Episcopis Illyricianis, qui de ea re ſcribit ad Bonifacium. Colligitur iſtud ex epistoſta Bonifacij ad Ruſum, qua deſcribitur.

VIII. Deinde Bonifacius, laudatis Adelphio & Perigene quòd ceteris Episcopis Illyricianis non conſenſiſſent, ſed Ruſo ſemper adheſiſſent, illum hortatur ad conſtantiam, & cauſas Episcoporum judicare illum jubet.

IX. Inquirunt in capita de quibus querelam ſitam Ruſus depoſuerat apud Bonifacium, qua erant graviffimi momenti, uſpote in quibus de ſumma rerum ageretur.

X. Illyriciani Episcopos agere ferunt ſibi in omnibus cauſis eccleſiaſticis ſuperpoſitum eſſe Episcopum Theſſalonicenſem. Quod probatur ex Bonifacio.

XI. Horum invidiorum ſuaſionibus permotus Theodoſius Junior, cauſas dubias Illyrici decernit referendas eſſe ad Episcopum Conſtantinopolitanum. Cui novitati obſtitit Bonifacius, ob reverentiam canonum.

XII. Sed alius penetrabat tentata diviſio Illyrici orientalis à patriarchatu Occidentis, & quorundam Episcoporum præſumptio, qui cauſas retractare audebant qua ſupremo ſedis apoſtolice judicio deſinita fuerant. Orientalium Eccleſiarum communio vetus cum Romana, & illarum ad iſtam confugia in magnis periculis.

XIII. Angebat Bonifacium cauſa Perigenis, quòd ejus occaſione tentarentur arcana dominationis. Nam cauſam ejus retractare volebant Illyriciani Episcopos in ſynodo Corinthiaca, quam congregare moliebantur præter conſcientiam Ruſi.

XIV. Itaque aperte illis comminatus eſt abſtentionem, ſi cauſam illam iterum ad diſcutiendum in medium adducerent. Valuit itaque Perigenis ordinatio, ut docent epistoſta Sixti III.

XV. Iſtud ipſum probatur teſtimonio Socratis & Ivoſis Carnotenſis, tum aliis nonnullis argumentis.

XVI. De jure congregandorum Conciliorum Illyrici.

XVII. Bonifacius ait Ruſum eſſe honorandum propter apoſtolicam vicem, & ordinationes Episcoporum citra ejus conſcientiam celebrari non poſſe.

I. SIRICIUS itaque primus omnium
certa conſtitutione Theſſalonicenſi